

6317.1
ST 3005
17
QVOD FELIX FAUSTUMQVE SIT!
DE TIARA DOCTORALI,

qva,
DIVINA ANNUENTE GRATIA,
R E C T O R E M A G N I F I C O,

DN. JACOBO GUSSETIO,

in Illuftri Illuftr. ac Præpotent. Groningæ & Om-
landiæ Ordinum Academia Profeflore, S. S. Theol.
Philof. & Lingv. Græc. docente,
ut &

Ampliffimi Senatus Academici unanimi confenfu,
& NOBILISSIMÆ
FACULTATIS JURIDICÆ

Decreto,

per Celeberrimum & Excellentiffimum VIRUM,

**DN. ALEXAND. ARNOLDUM
PAGENSTECHERUM,**

Jctum & Juris Publ. & Privati Profef. Ordinar.
VIR NOBILISSIMUS & CONSULTISSIMUS

DN. GABR. ERNESTUS HILLIUS,

STOLPA POMER. DICAST. ELECT. POMER. ADVOCATUS,
in Alma Groningiana,

die XIII. Junii, Anno cDc lxxc IVc.

JURIS UTRIUSQVE TITULIS ET INSIGNIBUS
publicè & folenniter ornabatur merito,

ex animo gratulantur, & fauftra quæque apprecantur.

Promotor, Fautores, Patrueles, Fratres atq; Affines.

SEDINI, literis FRIDERICI LUDOVICI RHETII, Reg. Typogr.



Sonnet.

S hat dir meine Hand / den Lohn / der dir nicht
sterbe /
Bergnüglich zugelegt ! den längst verdienten
Lohn /
Vielmehr desselben Theil / die schöne Doctor-
Krohn.

Nun reise fort : Damit dein schönes Kunst-Gewerbe /
Die Edle Praxis, dir zu Hause nicht verderbe.
Reis' hin Clienten-Trost : Reis' hin du Tugend-Sohn /
Reis' hin der Freunde Lust : Reis' glücklich hin / obschon
Jetzt ungern deiner mich erschlag' / O Themis-Erbe.
Doch / muß es doch so seyn / das du dem Vaterland
Dich wieder stellest da / zu allgemeinem Nutzen.
Der Himmel sey dir hold ! Es reiche deiner Ehr
Den Gnaden-Zepter dar des grossen **FRJEDRIKHS**
Hand :

Auff solche Söhne muß dein Pommeren recht trugen /
Und eine Doctorin auff solchen Mann noch mehr.

Seinem hochgeschätzten Freunde / dem
WolEdlen und Hochgelahrten Herrn /
Doctori Gabr. Ernest. Hillio, setzet
diß glückwünschend

A. A. PAGENSTECHER, J.C.
& Antecesfor in Academia
GRONINGENSI.

Legibus humanis quæ sint mala
foedera lecti,
Dum monstras, dictat lex Tibi:
quære parem.

*Hanc ut invenias, Domine Patruelis hono-
ratisime, est, quod gratulabundus
de novis honoribus, ex animo precor.*

BARTHOLOMÆUS Gill /
Consul & Syndicus Cöslinens.

*EN quatuor Nati, Spectato Nomine Patris:
Unus Theiologus; Duo sacri Juris Amici;
Unus Galeni Cultor; Clarissima Proles
Firma quaterna, precor, vigeat Concordia
Fratrum.*

Honori meritissimo cum voto exopta-
tissima felicitatis, ex animo
applaudo

PETRUS Gill /
Medic. Doct.

Haftenus

Hactenus HILLIADES PATRIS vestigia presfit,
 Quæ Virtute DEI nunc superare studet,
GABRIEL ERNESTUS, MAJORUM sanguine clarus,
 Moribus à Patriis degenerare nequit.
 Sic studuisse decet, sic audivisse decebit
 Cultores Themidos, quos colit Eunomia.
Mensis adest, ego quâ novi, vicesima quarta, (NOR.
 Quantus erat **GENITOR, CONSUL & URBIS HO-**
Cui PIETAS, PROBITAS, CANDOR, RES, SPESq; FIDESq;
 Et **VIRTUS** omnis data, probata, rata.
 Sanguine tam claro **TRES NATOS** sic docuisse,
 Ut ornent primos me juvat, Eja! statûs.
 Non equidem **PRIMUM** cui **STOLPÆ CURIA** curæ,
GABRIEL ERNESTUS, qui tamen **UNUS** erat,
 Qui **DOCTORALI** jam condecoratus **HONORE,**
 Sicque Magistrum nunc, **LAUDO DEUM,** superat.
 Post **HUNC,** egregius verè **DOCTOR MEDICINÆ,**
 Galeni superans quemlibet arte **VIRUM.**
 Natu sed **MINIMUS,** minimus non inter **AMANTES,**
 In templis populum **VERBA DOCERE DEI.**
PRÆCO vocatus enim **STOLPENSIBUS,** estque paratus,
 Audiat ut digno pectore: **DOCTOR, AVE!**
O felix GENITOR, tales moriendo relinqvens:
MORTUUS is non est, vivit enim in genitis.
 Sic est: **IUSTORUM GENERATIO FIT BENEDICTA,**
 Ut quondam rectè **JESSIADES** cecinit.
 Quare, **MI FAVOR!** quia condecoratus **HONORE**
DOCTORIS THEMIDOS, gratulor ex animo.
 Gratulor ex animo, **FELICIA QUÆQUE** precando,
ISTO nitaris **SALVUS HONORE** diu.
VIVE, VALEQUE, mei fervans monumenta favoris,
 Claudio vel incipio, Tu mihi **FAUTOR** eris.

*Suo quondam discipulo verè charissimo,
 ita gratulari debuit*

M. GEORGIUS Wehling/

Schol. Senat. Sedin. Rector.

Commoda sudoris veterum deliria Vatum,
 In variis nebulis tecta docere iuvat.
 Attamen ex alto successus sanguine natum
 Mittier hoc novit gens inimica DEO.
 Sic quondam navi peteret sibi vellera Jason,
 Navigat ad Colchos arte, Medea! tua.
 Qvod non in brutum fuerit mutatus Ulyses,
 Mercurium fingunt moly dedisse viro.
 Nec pius Æneas potuisset ferre paludes,
 Aureus huic ramus nisi retulisset opem.
 Perseus angvicomæ præscindit colla Medusæ,
 Sub clypeo tutus Palladis ipse fuit.
 Quid mirum, per se quæ sunt verissima, Vates
 Sub specie ficti nos docuisse, fuit?
 Sic tua consultrix Themis est quoque Frater adaucta
 Per varios casus, ceu loca multa sciunt.
 A Domino tandem Virtutis gloria merces,
 Hem datur ex alto sat cito, nam bene fit.
 Sera quidem, sed læta venit nunc gloria, Frater,
 Sedulitas dudum quam promeruit.
 Non equidem impræsens opus addam carmine longo,
 Regius id norunt Mons, loca clara alia.
 Is docuit primum jus, dat Gröninga celebris
 Juris Doctoris nomen, & omne decus.
 Doctoris titulum hunc & dignos grator honores:
 Sis Tibi; Sis Patriæ commodus, atque Deo!
 Cesfo. Sis felix, sis æquus, & ipse valentem
 Te faciat, qui Te duxit ad huncce gradum.

*Ita Germano suo dilectissimo de novis
 gratulabatur honoribus*

Joh. Petrus Hillius,
 Reip. stolp. Camerarius.

Premia multiplici qui sperat digna labore;
 Debita non segnis munia miles obit.
 Qui largam Cererem, qui messem querit opimam;
 Impiger incultam curat arator humum.
 Qui cupit optatam studiorum attingere metam,
 Invigilat doctis nocte dieq; libris.
 Tu quoque Pieridum citharas & castra secutus,
 Sudasti doctis, FRATER AMANDE, Choris.
 Sunt Testes veri patriæ præclara Lycea,
 Quæ Colbergenses Stolpiciq; fovent.
 Ingenuis etiam Themidos hinc junctus alumnis,
 Traçasti strenuè jura sacrata Deæ.
 Albertina hujus Prusorum Academia testis,
 Quæ legum & juris prima elementa dedit.
 Cultores etiam Themidos in Orbe Batavi;
 Hi nôrunt operas concelebrare tuas.
 Has curas patriæ jam respexere penates,
 Patronum miseris Te voluere suis.
 Namque Dicasterium Te suscepit Pomeranum:
 Juridici tribuens pulchra tropæa fori.
 Ast tua Dexteritas longè majora meretur,
 Ut capias studii præmia digna tui.
 Hinc Themis alma Tibi summos decrevit honores;
 Qyalia Consulti ferre brabea solent.
 Muneribus dignis ornabit purpura & auro;
 Jureq; DOCTORIS Jus in utroq; dabit.
 Gratulor ergò Tibi DOCTORI, FRATER AMANDE,
 Porro tuis factis annuat ipse DEUS.
 Sit scopus immensi Jovæ Tibi Gloria primùm:
 Sis multis miseris auxilium atq; salus.
 Prospera fata juvent pronò conamine cœpta,
 Jureq; cœlesti Te DEUS inde beet.

*Fratri suo ex animo dilecto, de Honoribus
 Doctoralibus gratulaturus, apponbat*

FRID. BÖGISL. HILLIUS, Med. D.

PLurima vidisti, complens præstantia factis:
In Studio Juris summa brabea refers
Sint igitur fausti, Themidos quos carpis honores:
In Natis Virtus floreat usq; Patris.

Hæc candida mente fratri Germano
gratulabundus apposuit

M. DAVID LUDOVICUS HILLIUS,
Diat. Stolp. Vocatus.

Qui Culmen Laudis conscendere totus anhelat,
Fit voti compos, non renuente DEO.
Si modo præcedat studiorum sedulus Ardor,
Virtus & Pietas quem comitare solent.
Nam magnis Animi Donis, quos Rector Olympi
Donavit, magnâ Laude nitere cupit.
Vult & eos magnis Titulis & Honoribus uti,
A reliquis etiam semper Honore coli.
Gratulor ergo TIBI, quod non sublimia tantum,
Affinis, quæras, præmeditante DEO;
Sed quod, post operas, exantlatosque Labores,
Postque preces multas, sit data Palma TIBI.
Sic meritis semper comes indivisa Laboris
Gloria, tarda licet, sed tamen ampla venit.
Maeste novo Titulo, Doctrinæ Culmen, Honores,
Quos meruit, capias, hisque fruare diu.
VIVE, VALE ex voto, & tutus Livoris ab icu,
Otia securis dulcia rebus agas.

*Ita Dno Affini suo plurimum Honorando
& deamando animum gratulatur*

Christianus Bilangius,
Paß, Quakenburg.

Qui sacros fontes Charitum biberunt;
Verticem Pindi coluere doctum,
Atque Musarum pariter libellis

Invigilarunt

Hos nec Apollo, neque Diva Themis,
Sedulos natos, sibi fervientes,
Negligunt curam, tribuunt sed istis

Præmia digna.

Unde non frustra rigidos labores
Hosce cepisti, peramice Oreste;
Sed manus doctæ Themidos brabea

Digna rependit.

Ante Stargardi voluit Tribunal,
Ut reis eses trepidis Patronus
Divitum rixas, dubiasque lites,

Ritè doceres.

Nunc caput fertis nitidis Apollo
Molle dignatur, beat ipse mitræ
Debitò sollers habitu capillos,

Teq; coronat.

Eja, DOCTORIS Titulum Decusque
Inclytum, GRONINGA Tibi celebris
Quæ parat, dudum meritos honores,

Accipe lætus.

Vive longævus, Patriæ, Tibique,
Commodus multis, Duce summò Jovâ,
Omnia, ex voto Tibi sint, Patronò hòc,

Prospera cœpta!

*His Domino Affini suo plurimum deamando,
colendo, GABRIELI ERNESTO HILLIO,
Honores in utroq; Jure summos consecuturo,
applaudebat*

GEORGIUS Zander /

Ludi, qui Stolpæ Pomer: est, CON-RECTOR.